

23

S. P.

Multa tibi debeo, vir Magne, Amicorum optimè merite, tam meo quam fratris nomine. Depraedicavit ille in suis è Genève, miram et impersolubilem benevolentiam tuam, quâ non liberaliter tantùm ad coenam vocare dignatus es; sed quam¹ omnibus lautitiis praeferrem, humanissima conversatione beasti. Rependat tibi⁵ DEUS omne bonum abundanter, et servet te nobis quam diutissimè. Porrò non desiisti etiam erga me munificus esse. Accepi enim ultimas tuas ad Caesarem Suetonii, donum certè auro mihi contra carum: pro quo remitto priores pagellas nugarum mearum, quas vester Dn. D. Habrechtus mihi excussit. Suppeditavit is mihi observationum supplementa, quibus ipsemet dextrè uti nesciverat; et ego in¹⁰ immaturo priori schediasmate destitutus, insigniter errabam: nunc verò iisdem adiutus, cum Antagonistae, meum quoque lapsum detegere non erubesco. Nec impedio, quo minus ipsi, cui familiariter notus esse videris, communices. Nam¹⁵ reliqua ante nundinas vix absolventur, adeò aliis nunc obruti sunt Typographi, quamvis quotidie urgeam. Excudunt enim mihi quoque nunc, quae in Bechinath Happeruschim desiderabantur. Lansius noster viduitatem suam, ductâ virgine honestissima, nuper finivit, ut ex adjuncto Emblemate cernis. Perierunt mihi nudius tertius in repentino incendio hîc oborto, aliquot aeneae tabellae, meâ manu recenter sculptae, quas impressori credideram, quarum jacturam aegrè fero. Vale²⁰ Vir clarissime. Tubing. prid. Bissexti, quo nos in hoc Ducatu Matthiae memoriam recolimus, contra Calendariographorum placita: Nescio an et apud vos? Anni 1624.

50. SCHICKARD AN JOHANNES KEPLER IN LINZ

Tübingen, 25.2.1624 (Mittwoch)

Handschriften: P 11,229 (Text); P 20,117^v (Skizze): Ausfertigung. – *Drucke:* KE 683–685 (Nr. CCCCLXIV); KOO 7,300; KOO 8,887; KOO 7,142 (Auszüge); KGW 18, 169–171 (Nr. 975) Bl. 117^r und das obere Drittel der Rückseite enthält von Schreiberhand, aber von Kepler stark überarbeitet »Praecepta de Tabulis aequationum«; Schickards aufgeklebte Skizze der Rechenmaschine bedeckt etwas mehr als das mittlere Drittel der Seite. Das untere Drittel ist leer.

Stellung von β Ceti. – Streit mit Habrecht über das Meteor. – Beschreibung der Rechenmaschine; das für Kepler bestimmte Exemplar ist samt einigen Kupfertafeln verbrannt. – Lansius hat wieder geheiratet. – Dank für Keplers Kalender 1624 und sein »Glaubensbekandtnus«. – Rauschers Bruder. – Falco.


229

Salutem et officia


Clarissime Keplere, Domine et Fautor plurimum honorande. Id ante omnia enixè³⁵ rogo, ne aegrè feras, quod ad tuas prolixas, ad quas ordine respondere decreveram, nunc in hoc extremo agone, ubi me infinita ferè alia circumstant, tàm jejunè respondeo. Lucidam caudae diu non observavj; sed accipis rude apographum illius delineationis, quam ante aliquot annos Nirtingae confeceram, exinde vides, quod⁴⁰ assertionis meae accuratius fundamentum aliud nullum habuerim, quam crassam

Kommentar: 7 f. Lit.vz. 528. 16 f. Lansius hatte am 24. Januar Anna Maria, die Tochter des Tübinger Kaufmanns Rudolf Caspar, geheiratet. Schickards »Emblema«, wohl eine Gratulationsschrift (Lit.vz. 127), war nicht zu ermitteln.

collationem ad stellas *a. b.* cum quibus aequilaterum ferè constituebat. Cum igitur
 in *d* nulla tunc et deinceps apparuerit, sed in *c* clarissima, existimavj in abaco
 Tychonis p. 270. pro 26 \times lapsu proclivj 16 à Typothesis repositum fuisse. Sed
 tamen aliàs data opportunitate ista diligentius per Radium majusculum exami-
 5 nabo. Nunc ad Habrechtum. Vides ne missis prioribus schedis a. b. c. d. e., quid
 mihj negotij facessat, nunc quando propter editionem quorundam Hebraicorum
 minimè his nugis intentum esse vacabat. Vocabo hîc in auxilium tuas quoque quas
 de isthac re ad Nob. D. Hohenfelderum dedistj, et ipse mihj communicarat. Con-
 dona id coangustato, et patere ut quacunq[ue] ratione elabar. Arithmeticum or-
 10 ganum alias delineabo accuratius, nunc à festinante hoc habe. *aaa* sunt capitella



cylindrorum erectorum, quibus multiplicationes digitorum inscriptae, et promi-
 nent, quantum ijs opus est, per fenestellas *bbb* ductiles. *ddd* intus habent affixas
 rotulas 10 dentium, sic contextas, ut motâ qualibet dextra decies, proxima sinistra
 semel; aut illâ 100 vicibus circumactâ, tertia semel etc. promoveatur.

15  Et quidem in eandem partem; quod ut praestarem, intermediâ con-
 similj *b* opus fuit. quaelibet intermedia omnes sinistras movet, debi-
 20 bitâ proportionem; nullam verò dextram, quod singularj cautione
 indiguit. quotus eorum prominet per foramina *ccc* in scamno medio. tandem in
 pavimento inferiorj *e* vertebrae et *f* similiter foramina pro apparitione numerorum
 notat, quibus inter operandum usus est. etc. Sed ista sic tumultuariè scribj ne-

Krit. App.: 5 a. b. c. d. e. mit Vw. am Rand 10 à festinante (wie Brief 193 u. 453 Ende) Seck; vgl. Lit.vz. 185, 302 f.: ad festinante P (& festinate KE, et festinate KGW. Schickard schreibt von hier ab immer flüchtiger) 12 vor quantum zuerst quibus; gestr. 14 vicibus ü. d. Zeile 16–18 quaelibet ... indiguit ohne genaue Zuordnung am Rand nachgetr.

Kommentar: 2 f. Lit.vz. 435. Der Satzfehler findet sich in der Ausgabe 1610 (nach KGW 18 S. 503).